Quelle: http://manuscripta.at/?ID=376
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift

TRO. PROLOGVS.

93

Gad autem Ruben
tribus filiis israel. Hæc sunt benedictiones quibus benedixit moyses filius
israel. Dixit quoque de gad. Benedictus qui dilatat gad. Quasi leo requiescit. et
decerpit brachium cum vertice. Et vidit principatum
suum quia ibi tegitur doctor. et
recepti sunt cum principibus populi. et
fecit iustitias domino. et iudicia sua cum
israel. Dan quoque ait. Dan catulus
leonis. fluet largiter de basan. Et dixit
neptalim. Neptalim habundantia per
fruetur. et plenus erit benedictionibus
domini. Mare et meridiem possidebit.
Aser quoque ait. Benedictus in filiis aser.
sit placens fratribus suis. tingat in oleo
pedem suum. ferrum et calceamentum
eius. sicut dies iuventutis tue ita et se
nectus tua. Non est deus alius ut deus
rectissimi. Ascensor celi. auxiliator tu
us. Magnificentia eius diffluit
nubes. Habitaculum eius sursum. et subt
brachia sempiterna. Eiecit a facie tua
inimicum. dicetque conterere. Habitabit israel
confidenter. et solus oculus iacob in terra
frumenti et vini. et celi caligabit rore.
Beatus es tu israel. quis similis tui po
pule qui saluaris in domino. Sit vium
auxilium tuum. et gladius gloriæ tue. deus
tuus. Negabunt te inimici tui. et tu
super colla calcabis. XXXIIII.

Ascendit autem moyses de campestribus
moab. super montem nebo. in ver
tice phasga contra iericho.
Ostenditque ei dominus omnem terram
galaad. usque dan. et universum nep
talim. terramque ephraym et manasse.
et omnem terram iuda usque ad mare
novissimum. et australem plagam. et la
titudinem campi iericho. civitatis
palmarum. usque segor. Dixeque dominus ad
eum. Hæc est terra pro qua iurauit abra
ham. ysaac. et iacob dicens. Semini
tuo dabo eam. Vidisti eam oculis
tuis. et non transibis ad illam. Ergo
tunc mortuus est ibi moyses seruus domini in
terra moab. iubente domino. et sepelierunt eum
in valle iuxta moab contra iericho. et no

agnouit homo sepulchrum eius usque in
presentem diem. Moyses centum. XX. an
norum erat cum mortuus est. et non cali
gauit oculus eius. nec dentes illius
mouti sunt. Fleuitque eum filii israel in
campestribus moab. XXX. diebus. et expleti
sunt dies planctus lugentium moyse.
Iosue uero filius nun repletus est spiritu
sapientie. quia moyses posuerat super
eum manus suas. et obedierunt ei
filii israel. fecerunt que sicut preceperat dominus
moysi. et non surrexit amplius ultra in
israhel sicut moyses quem nosset
dominus facie ad faciem. in omnibus
signis atque prodigiis que misit per
eum ut faceret in terra egypti pharaon et
omnibus seruis eius. universoque terre
illius. et cunctam manum robustam.
magnaque mirabilia que fecit moy
ses coram universo israhel. Incipit prologus in libro
Iosue sequitur.

Iosue quinto
pentateuchi
moysi. uelut
grandi senio
re labant. ad
hesum filium
nave manu
mittimus.
quem hebrei
Iosue ben
nun. i. Iosue
filium nun
uocant. et ad iudicium libri. quem
sophim appellant. ad ruth quoque et
esther. quos hystorie nominibus efferunt.
Monemusque lectorem. ut siquid heb
raicorum nominum et distinctiones pum
dinusas diligens scriptor asserit. ne
et nos laboris. et illius studium pereat.
et ut impunis ad sepe testatus sum.
sciat me non in ephesione veterum
nouam cudere. sicut amici mei crimi
nantur. sed quantum ipse offerre lingua